Cōſtātinus.
tinus (ſubmerſo Maxentio) nanali prelio victū apud Nicomediā ſeipſū tradere: ac Theſalonice vitā priuatā ducē coegit. Et iuſte quidē. Nam a fide ob inuidiā deficiens chꝛianos Cōſtātino fauētes grauibus ſupplicijs ꝑſequebatur.

Maximianus āt viroꝝ peſſim⁹ cuius ſuaſione decima i chꝛianos ꝑſecutio fuerat excitata ꝑ hoc tp̄s diuia vltiōe iſlatis ſubito viſceribus ita diſtendit vt iter ſe ⁊ putridū cadauer nil intereſſet ſcatētibus vndiqꝫ vermib⁹ ⁊ tabo ſerpēte tanto putoꝛe fetebat: vt ſuſtineri fetoꝛ nō poſſet: hoc eius exigētib⁹ meritis: q nō ſolū nr̄os interimebat: veꝝ ēt ad cemiteria ꝯuenire vetabat: ⁊ ſimulacrū Antiochie ꝯſecratū ſuboꝛnatis ſacerdotib⁹: q ex adytis id enūciarent: clamaſſe dicebat pellēdos ab vrbib⁹ chꝛianos: ⁊ p̄mia i ꝓuincijs diſtribuit ſacerdotib⁹ ſimulacroꝝ q ꝯtra chꝛianos agerent. Tandē v̄o tyrānus penitētia ductus medico ſuo ſibi veꝝ dicente decreto publico vetuit chꝛianos ledi: eoſqꝫ legibus ſuis vti permiſit. Sꝫ hoc nihil ei ſicut nec Antiocho ꝓfuit cum vi fierent oīa. Nā grauiſſimis moꝛbis diu cruciatus viuendi tandem finem fecit.

Deiectis igit̄ Maxētio: Licinio ⁊ Maximiano tyrānis: omniqꝫ tyrānice dn̄ationis ablata memoꝛia ſoliditatē chꝛiani nois iā eccleſia obtinere cepit. Quāto autē poſtmodū religioſus hic princeps Cōſtātin⁹ circa dei cultū fuerit ſtudioſus iferius dicemus. Quapropter huius volumis octauo libꝛo finē hic facimus.

Liber octanus explicit.

Fratris Jacobiphilippi Bergomēſis oꝛdinis Eremitaꝝ diui Auguſtini i omnimoda hiſtoria nouiſſime ꝯgeſta Supplementū chꝛonicaꝝ appellata: Nonus liber feliciter incipit.

Papa.34. 5512 313

# Silueſter papa natiōe romanus

p̄re Ruffino: poſt Melciadē ſedit ānis.21. vir qdē aſpectu angelic⁹: ſmōe nitidus: coꝛpoꝛe iteger: ſact⁹ ope: ꝯſilio magnus: fide catholic⁹: ſpe paciētiſſimus: ⁊ charitate diffuſus cui tātam dn̄s ꝯtulit grām: vt nō a chꝛianis mō: veꝝ etiā a gētilib⁹ nimio colereť affectu. Hic baptizato Cōſtātino ⁊ eccl'iſs pace reddita: multa ad cultū diuinū ſpectātia ꝯſtituit: vt. ſ. i eccl'ijs cathedralib⁹ iferioꝛes diacono obediāt ſic h̄r i Canone.93. diſ. c. A ſubdiacono. Mandauit inſup laycis: ne clericū i iudiciū vocare p̄ſumeret. 2. q. 7. c. Nullus layc⁹. Vetuit ēt cl'icis cās i ſeculari curia agere: nec an̄ iudicē ſecularē cās tractare. ii. q. i. c. Teſtimoniū. ⁊. c. Siqs. Statuit itē altaris coꝛpoꝛalia: neqꝫ ſerico: neqꝫ tincto pāno fieri: ſꝫ lineo qdē albo: vt de ꝯſe. di. i. c. Cōſulto oium. Sic quoqꝫ i albis celebꝛādū eē dicebat: quēadmodū in linea ſyndone ⁊ alba chꝛi coꝛpus ſepultū fuit. Gradus p̄terea i eccleſiaſticis oꝛdinib⁹ ꝯſtituit: vt vnuſqſqꝫ vno tm̄ oꝛdie cōtētus ſit ⁊ vnius ſolū vxoꝛis vir. Cēſuit itē vt ſanctū chꝛiſma ab ep̄o tm̄ ꝯſecrareť: ⁊ vt ep̄i baptizatū ſignarēt ſeu ꝯfirmarēt ꝑp hereticā ſuaſionē. Atqꝫ baptizatū preſbyter occaſione moꝛtis chꝛiſmate leniat: vt de ꝯſe. di. i. Quartā p̄terea ⁊ ſextā feriam ac ſabbatū ieiunijs obſeruandas inſtituit. Quintā v̄o feriā ⁊ dominicā cenſuit venerandā. Nā in ea die dn̄s aſcēdit. Sacramētū ſui coꝛpoꝛis inſtituit: ac ſcm̄ chꝛiſma ꝯfecit. Hic oꝛphanoꝝ: viduaꝝ pauperūqꝫ noia i matricula ſcripta hēbat: qb⁹ ⁊ vite neceſſaria quottidie ꝓuidebat. Inter cetera āt hui⁹ ſcīſſimi viri memoꝛāda facta ferť ꝙ romanā vrbē a dꝛaconis peſtilētia liberauerit. Demū cū ſacros ſepties i Decēbꝛio mēſe oꝛdines celebꝛaſſet: vbi diaconos ſex ⁊ triginta. xlij. ⁊ ep̄os per diuerſa loca. xlv. creauit. pꝛidie kl'as Januarij obijt. Sepultuſqꝫ ē in cemiterio Priſcille via Salaria.

Conſtantinus igiť optim⁹ vir q̄ ob coꝛpoꝛis ⁊ ai dotes cum clariſſimo quoqꝫ pꝛincipe cōparari poterat. Nam militari gloꝛia foꝛtunat⁹ fuit: pacē petentibus libenter ōdit: liberalibus ſtudijs delectat⁹ fuit: liberalitate ⁊ gratia omnium beniuolentiam ſibi ꝯparauit: vbi honeſtatē chꝛiſtiane religionis intellexit eā ita ꝯplexus ē vt iturus ad bellū non alio ꝗ̄ crucis ſigno vſus ſit. Eo ꝙ ſereno celo dum contra Maxentium iturus eſſet: ſignum illud viderat ⁊ adoꝛauerat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cōſtātinus.

ad augendam chriſtianam religionem. Conſtantinus cupidus primum vt ſuo ali-
os hortaret̄ exemplo ſuperna inſpiratione ductus Rome edificauit: ⁊ ſaluatoris
mundi imaginem in ſella ſedentem ex argento libraꝝ centū.xxx.eidem obtulit. At
qꝫ duodecim apoſtolorum imagines quinqꝫ pedum altitudinis librarum nonagin
ta ſilr dedit. Saluatorem quoqꝫ addidit in throno ſedentē quinqꝫ pedum altitudi
nis habentē ponderis libraꝝ.140.angelos ēt quattuor ex argento ponderis libra-
rum.105.⁊ coronas quattuor ex auro puriſſimo. Altaria ēt ſeptem portatilia ex au
ro puriſſimo libraꝝ.200.⁊ alia propemodum infinita donaria ⁊ precioſiſſima cum
fundis aliiſqꝫ ꝓuentibus eidē eccleſie ꝯdonauit. Baſilicam quoqꝫ Appendiciam ī
honorem beati Joannis baptiſte:in balneo caloris ſui ī quo loco baptizatus a le-
pra meruit purificari huic addidit:⁊ ibidem ſacrum fontem ex lapide porphyreti-
co īſtituit. In cuius medio colūnam porphyreticā poſuit ſuper quā phialā auream
libraꝝ quinquaginta balſamo plenā collocauit: Ubi ⁊ Joānis baptiſte ſtatuam ar
genteam centū libraꝝ fieri voluit. Cui ēt Baſilice fundos multos ꝯſtituit. Quas
quidē baſilicas Silueſter primū ꝯſecrauit.v°idus Nouēbris:⁊ morē hunc ꝯſecrā-
di eccleſias deinceps edicto publico obſeruari precepit.

Baſilicam ſecundā Petro apoſtolo ī vaticano rogatu Silueſtri pape edificauit:quo
in loco eiuſdē apl'i corpus honorifice collocauit. Supra cuius ſepulchrū poſuit cru
cem centū ⁊ quinquaginta libraꝝ auri puriſſimi. Hāc a fundamētiſ edificaſſe ferūt
ex cuius apertura fundamenti chriſtianiſſimus hic princeps duodecim cophinos
tellure refertos ī honorem.xii.apl'oꝝ proprijs humeris exportauit. Huic ēt eccle-
ſie quattuor candelabra argentea ⁊ tres calices aureos libraꝝ.xii.⁊.xx.argenteos
libraꝝ.x.ꝯdonauit Metretas.4.ducentarum quinquaginta libraꝝ:⁊ patenaꝫ au-
ream cum ture ⁊ columba ornatam gemmiſqꝫ ⁊ margaritis ornatam libraꝝ.30. ob
tulit. Eidē ēt ꝯfertiſſimos ꝓuentus ⁊ rome ⁊ alibi ꝯſtituit.

Baſilicam tertiam in honorem Pauli apoſtoli via hoſtienſi inſtante beato Silue-
ſtro extruxit:ibiqꝫ Pauli corpus ꝯdidit: Eidemqꝫ eccleſie totidem vaſa aurea ar-
genteaqꝫ ac Enea condonauit:maxime vero auream crucē centum ⁊ quinquagin-
ta libraꝝ ſupra ſepulchrū Pauli collocauit:cui ⁊ ingentes diuerſis ex ꝓuincijs de-
ferendos aſſignauit qui ⁊ nuncuſqꝫ in p̄te extant.

Baſilicam quartam ſub titulo ſancte crucis ī hieruſalem ī atrio Soſſoriano Rome
edificauit:⁊ ſanctiſſime crucis partem quandam repoſuit nup ab Helena mr̄e rep
tam ⁊ romam ī thecis argenteis delatā. Cui ēt eccl'e hec munera deferri iuſſit. Ar
gentea.ſ.candelabra quattuor Scyphos argenteos.4.calices aureos.x. Patenam
argenteam inauratam lib̄.l.⁊ altare argenteum lib̄.250. ⁊ agros multos ei dono
dedit.

Baſilicam quintam ī honorē ſancte Agnetis(vt quibuſdam placet)edificatam eius
iuſſu ⁊ impenſa fuiſſe tradunt ⁊ ꝗ̄maxime Conſtantie eius filie rogatu. Quo in
loco ipſa Cōſtātia ⁊ ſoror eiuſdē nois baptizare fuerūt. Huic quoqꝫ Baſilice hec
munera ꝯtulit. Patenā auream lib̄.xx. Calicē aureū lib̄.x.⁊ calices argēteos qu-
qꝫ:⁊ fundos multos.

Baſilicam ſextā ī honorem diui Laurētiſ martyris extra muros vrbis rome ī agro
Uerano edificauit:ī qua ⁊ ſcalam maximā ad deſcendendū ⁊ aſcendēdū: vbi cor-
pus ſanctiſſimi martyris manebat:extruxit eamqꝫ eccleſiam multis monumentis:
tum argenteis:tum porphyreticis lapidibus exornauit. Et in aditu Crypte eiuſ
dem lucernam ex auro puriſſimo lib̄.xx.collocauit. Et ante corpus ſanctum.x.ali-
as argenteas lucernas lib̄.xv.conſtituit:cui etiaꝫ multos fundos aſſignauit.

Baſilicam deniqꝫ ſeptimam beatis martyribus Marcellino p̄ſbytero ⁊ Petro ex-
orciſte via Lauicana iter duas lauros Conſtantinus extruxit quo in loco Mau-
ſeolum in honorem martyrum erexit. Cui etiam templo interceſſione Helene ma
tris ſue:⁊ martyꝝ deuotione hec dona dedit:patenam.ſ.auream lib̄.35. Candela
bra.4.argentea altitudinis pedum.xii. Calices aureos tres cum gēmis precioſiſſi
mis. Amas aureas duas:⁊ aram argenteaꝫ lib̄.ducentaꝝ ac Scyphū aureū lib̄.
xx.miſit. Fundos quoqꝫ tres aſſignauit e quibuſ ſacerdotes ꝓuentus vberes per-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eipiebant. Alias quoq; baſilicas extra vrbem hic princeps extruxit: ď quibus nūc
non expedit dicere.

Helena Celi regis angloꝝ filia iamdiu captiua: ⁊ magni Cōſtātini mater incompa-
rabilis fidei ⁊ religionis mulier ꝑ hoc tēpus baptizato filio magnitudie animi mo-
ta cū vidiſſet Chri,ꝓdigia ꝑ beatū Silueſtrē ꝯtra iudeos fieri: ab eodem baptizata
ad perquirendū lignū ſancte crucis mox Hieroſolimā petiſt. Difficile id quidē vi
debat̃ fieri: qa ab antiquis perſecutoribus eo loco veneris ſimulacrum collocatum
fuerat: vt chriſtiani venerem ſaluatoris loco adorarēt. At illa vocato ad ſe Juda iu
deo: q poſtea baptizatus Cyriacus mutato noīe vocatus fuit ſuaſit ⁊ precepit: vt li
gnū ſancte crucis ſibi a quibuſdā iudeis notū oſtendere dignaret̃. Qui orōne ſuſa
oſtēdit ei locū in quo crux ipſa occultabat̃. Illa vero vbi locū ipſum ruderibus ple
num purgaſſet tres cruces ſtatim inuenit. In vna quarū inſcriptio illa legebat̃ tri-
bus lignis. J. N. R. Judeoꝝ: que eueſtigio mulieri nuper mortue admota vitā illi
reſtituit. Eamobrez Conſtantinus motus edicto vetuit quēpiam deinceps crucis
ſupplicio puniri. Helena vero ibidem edificato tēplo inde abijt: ⁊ clauos qbus chri
corpus cruci conclauatū fuerat ſecum ad filiū Conſtantinopolim detulit: quorum
vnū Cōſtātinus in frenū equi ſui trāſtulit: quo in prelio tantūmodo vteret̃. Quod
modo quidem Mediolani in domicilio maximo in precio habet̃. Alterū in Galee
ſue cono collocauit. Tertiū vero vt diuus refert Ambroſius i Adriaticum mare ad
cōprimēdas ſeuiētis maris ꝓcellas deiecit. Illā vō crucis partem: quā ipſa ſecū in
thecis argēteis detulerat in baſilica ſancte crucis i Hieruſalē (vt diximꝰ) eius roga
tu a filio Rome edificata gēmis ⁊ auro diſtinctā collocari fecit. His geſtis Helena
qđ reliquū tēpus ſupuixit orthodoxe fidei acerrima ꝓtectrix fuit: necnō ⁊ pauperū
orphanoꝝ ac viduarū curā ſuſcipiens tanta eos ꝓſecuta ē humanitate ⁊ caritate: vt
vere omniū mater vocaret̃. Hanc Ambroſius ſermone quodā non regis filiam: ſed
ſtabulariam primo ⁊ humilē fuiſſe dixit: ⁊ ob eius pulchritudinē Cōſtantio cōiun-
ctam: quam quidē dñs noſter Jeſus chrūs de ſtercore leuans nō modo cū principi
bus ſeculi huius: ſed etiā cum principibus celeſtis glorie collocauit: eo ꝙ voluerit
vt ſtercus eſtimari: quo chriſtū lucrifaceret. Obijt vō ſuperſtite filio Rome: cui fi
lius ipſe Mauſeolū erexit: e inq; i porphyretico ſepulchro collocauit. Que vt ſan
cta ab omnibus habita i ꝰkalendas Septembris veneratur.

Arrianorum hereſis ortus.

Arrius qdā Alexādrinus presbyter: ſpecie quidē ⁊ forma (magis ꝙ vtute) inſignis 320
his tēporibus vt homo laudis ⁊ glorie (potius ꝙ veritatis) cupidus apud Alexan
driam vrbē inſaniēs diſcordiā in orthodoxa fide ſerere conatus ē. Separare enim
filiū ab eterna ⁊ ineffabili dei prīs ſbā (vt Gratianus. 24. di. i. habet) conabat̃: his
potiſſimū vbis. Erat aliquādo qñ nō erat nō intelligēs ꝑ hoc filiū prī coeternū eē
⁊ fuiſſe ⁊ eandē in trinitate ſbām: cum dictum ſit. Ego ⁊ pr̄ vnum ſumus. Et ꝙ im
peratoꝝ edicta: aut hoſtiū inſidie: necnō ⁊ tyrannoꝝ gladij contra fidem catholicā
potuerūt his ſuis fraudibus preualere conatus ē. Unde ⁊ totū pene orbē ſuo peſſi-
mo infecit errore. Nec tamen ſceleſtū ac dyabolicum virum dñs permiſit impunē
qa haud multo poſt obſcena morte vitā finiuit. Ei nanq; viſcera effluxere tota ita
ꝙ corpus vitalibus vacuum remāſit adeo vt quis per os eius reſeratū videret vſq;
in corporis imum. Et ab eo Arriani poſtea cognominati ſunt.

Nicena Synodus prima omniū trecentoꝝ decem ⁊ octo patrum ſextodecimo impe 324
rij Conſtantini anno ꝯtra perfidi huius Arrij dogma Silueſtro pontifice ⁊ Con
ſtātino iubēte celebrat̃: ubi aliquādiu ⁊ quidē acriter diſputatū fuit. Tandē re ipſa
eo in concilio diligenter diſcuſſa ꝯcluſum fuit Omuſion ſcribi debere. i. Chriſtū
eiuſdē cū patre ſbē confiteri. Nam uiri quidā in queſtionibus callidi Arrio multū
fauebant ſimplicitati fidelium aduerſantes: inter quos Euſebis pbūs ceſarienſis
epūs diuino ſpiritu tactus: uno momēto fidē quā antea impugnabat (ut ſanctā ⁊ in
tegrā) ſtatim amplexus ē. Et ex ſanctoꝝ patrū precepto ſymbolū maius edidit: ubi
ad deiciendam pernicioſam Arrij opinionē filiū dei genitū nō factū: ꝯſubſtātialēq;
prī ꝯſcripſit ac patribus tradidit: cui inuētioni nihil penitus detractū: aut mutatū

Con.magnꝰ
fuit:niſi ſolū illud deū verū de deo vero. Quia ⁊ ſi genitū eſſe a pr̄e nō factū cōſub ſtātialēq; deo p̄ri filiū ad ↄfutationem hereticoꝝ ſuffeciſſent: tum ꝗa deū filiū patrē vero deum verū. Arriani hec diſtinguētes p̄dicabāt pr̄es deū veru de deo vero in teriecerūt. Qui aūt eo in ↄcilio Arrij opinioni adheſerāt decē ⁊ ſeptē fuere affirmātes extrinſecꝰ dei filiū fuiſſe creatū ⁊ nō ex ipſa pr̄is diuinitate genitū. Cognitaq; patrū veritate Cōſtantinꝰ cōcilij decreta approbauit poſito ↄtradicētibus exilio. Unde ſex tm̄ cū Arrio exulauere: reliqui vō in patrū ſentētiā venerūt. In eo ↄcilio et̄ Photinianos dānauerūt: ꝗ a Photino gallo grecie nomē accipiētes affirmabant Chriſtū a Maria pio coitu fuiſſe ↄceptum. Sabelliani quoq; dānati fuere: ꝗ vnaꝫ tantū perſonā patri ⁊ filio ⁊ ſpūiſancto aſcribebāt. Multa etiam ad honeſtatē ⁊ pacem eccleſie pertinentia: vt habetur in decretis conſtituta ſunt: que breuitatis cauſa omittimus

¶ Uiri doctrinis excellentes.

Antonius Egyptius abbas vir plane diuinus ⁊ ſermone opereq; potēs his tēporibus maxīo ī precio fuit: cui ob ſanctitatē Helena Cōſtātini mater ſe ac filios ſepiꝰ litteris ac nūciīs ↄmendauit: huius cibus panis ſolus erat: ⁊ potus aqua madida: nec vnq̄ꝫ niſi ī ſolis occaſu comedēs. Septē epiſtolas (vt diuus Hieronymꝰ refert) egyptiace ſcripſit: quas quidā poſtmodū ī grecā linguā trāſtulerūt. Eius vitā ⁊ preclariſſima geſta Athanaſiꝰ ep̄us inſigni volumine ↄſcripſit. Obijt hic vir ſanctitate p̄cipuus anno domini.357.etatis vero ſue.5.ᵒ ſupra centeſimuꝫ: cuius corpus ſub Iuſtiniano imꝑatore diuina reuelatione repertū ex Thebaida Alexādriā ꝑio delatū ē: poſtea ī Galliā tranſlatū: eiuſq; feſtiuitas.16.ᵒ kalēdas Februarij celebratur.

Rethicius quidā Heduoꝝ ep̄us: vir ſane eruditus: celeberrime fame ī Gallijs habitus ē: ꝗ nōnullos ↄmētarios ꝑ hec tēpora ī cāticis canticoꝝ ↄpoſuit. Scripſit quoq; aduerſus Nouatianum hereticum aliud volumen ⁊ alia multa.

Iuuēcus hiſpanus poeta ⁊ cardinalis preſbyter: genere nobilis: ſꝫ virtute nobilior ꝑ hoc tēpus admodum clarus euangelia omnia quattuor libris heroicis verſibus explicauit. Sed ⁊ alia quedam eodem metri genere de ſacramentis exarauit.

Euſtachius genere Pamphilus Berythie Syrie ciuitatis ep̄us fidelis: ⁊ multa aduerſus Arrianum dogma compoſuit. Quibus ex rebus in exiliū pulſus fuit. Scripſit de anima: ⁊ aduerſus Origenem ⁊ epiſtolas plurimas.

Nazarius inſignis rhetor ⁊ Eunomia eius filia virgo eloquentiſſima: atq; Metrodorus philoſophus per hec tempora multa ſcripſere memoratu digna.

Papa 35ꝰ Marcus papa natione romanus: patre Priſco poſt Silueſtrum ſedit annis duobus ⁊ menſibus octo. vir ſiquidem bonus ⁊ chriſtiane religionis ama

5533 334 tor: ꝗ pontificatu ſuſcepto ſtatim ad eius curam cōuerſus (Gratiano teſtāte) conſtituit nullum omnino clericum ad ſecularia quouis modo pertrahi poſſe: ſicut habetur in decretis.ii.q.i.c. Quicunq;. Uoluit item vt hoſtienſis epiſcopus: ꝗ romanum pontificem cōſecrare deberet vteretur palio. Uoluit preterea diebus ſolennibus poſt euangelium ſtatim ſymbolum a clero ⁊ populo magna voce cantari: prout in Nicena Synodo fuerat declaratum. Hic duas eccleſias in vrbe Roma cōdidit. vnam via Ardeatina: in qua ⁊ ſepultus fuit. Alteram ibidem ad palatinas quas quidem Conſtantinus imperator adhuc viuens multis exornauit muneribꝰ deniq; cum ſacros ordines bis in Decēbrio menſe celebraſſet: ⁊ multos dyaconos preſbyteros: epiſcopoſq; creaſſet: emoritur ⁊ in cemiterio Balbine ſepelitur: tertio ſcilicet nonas Octobris. ⁊ tunc vacauit ſedes dies.xx.

Papa 36ꝰ Iulius papa natione romanus patre Ruſtico poſt Marcum ſedit annis ſedecim ⁊ menſibus quattuor. Mirande ſanctitatis ⁊ doctrine vir: qui ⁊

5535 336 multis vexationibus propter Arrianoruꝫ hereſim abolendā diu vexatus fuit. Sed non deſtitit eos reprehendere: ⁊ maxime quia preter auctoritatem romani pontificis Antiochenum concilium indicere preſumſiſſent cum ſine eius auctoritate id fieri non poſſet. Tandem hic multis orientalium epiſcoporum omiſſis contentionibus duas baſilicas in vrbe Romana edificauit: vnam iuxta romanum forum. Alteram in tranſtyberina regione. Tria inſuper cemiteria extruxit: vnum in via flaminea. Aliud via Aurelia. Tertium via portuenſi. Leges nonnullas ⁊ con

ſtitutiones edidit. Et preſetim (Gratiano referēte) conſtituit vt epūs ſuo iure ſpo
liatus nullo modo ad Synodum: vel aliquo alio conuocaretur: ſicut habetur in ca
none. 2. q i. c. Nullus poteſt. Voluit item: vt qui iudicem haberet ſuſpectum | roma
nam ſedem appellare poſſet. 2. q. 6. c. Ideo huic. Cōſtituit preterea ne quis ſacer-
dos alibi ꝙ apud eccleſiaſticum cauſam diceret. ii. q. i. c. Is etiam. Demum Arria
na inualeſcente perfidia multa incōmoda a Conſtante Conſtantini filio pertulit: a
quo decēnali exilio dānatus fuit. Nec propterea deſtitit ⁊ monitionibus ⁊ ſcriptis
catholicos in fide ꝯtinere. Unde ⁊ ad Dionyſiū quēdam de incarnatione domini
perutilem ſcripſit epiſtolā: que lab omnibus approbata ē. Et cū ab exilio reuocat⁹
eſſet | mandauit omnia ad eccleſiam pertinētia ꝑ notarios: quos prothonotarios ho
die vocamus cōſcribi. Ter quoqꝫ decēbrio menſe ſacros ordines cū celebraſſet: vbi
preſbyteros. xviij. dyaconos tres: ⁊ epiſcopos nouē creaſſet. pridie idus Auguſti
vite finem fecit: ſepultuſqꝫ ē via Aurelia in cemiterio Calepodij. Et tunc ceſſauit
epiſcopatus dies vigintiquinqꝫ.

Zenon veronenſis epiſcopus magne ſanctitatis ⁊ doctrine vir hoc anno migrauit ad 337
dominum infinitis prope modum miraculis clarus: in cuius honorem celeberrimū
extructum fuit templum: feſtumqꝫ eius celebratur ſexto idus Decembris.

## Georgianorum conuerſio.

Hiberina alias hyberia que hodie Scotia nūcupatur: in aquilonis partibus conſti
tuta. hoc anno federa verbi dei ⁊ Chriſti fidē hoc modo ſuſcepit. Mulier quedā 338
chriſtiana captiua huius tanti boni cauſam preſtitit: que cū vitam pudicā ea in regi
one duceret: ac dies nocteſqꝫ in orōne ꝯſumeret gētibus illis admirationi fuit: qui-
bus ſciſcitātibus cur ſe tantopere affligeret. Ita ſe ſuū deū colere (reſpōdit) q chri-
ſtus ē. Nihil ex hoc amplius mirati barbari ꝙ nouitatē nois | mulierculā in honore
habuerūt. Mos gētis illius erat paruulos cū egrotarent ꝑ vicinas domos a matri
bus circūferri remedia exquirētibus. Accidit aūt vt quedā mater cū puerū aliquā-
diu circūtuliſſet: nec ſalutare quicꝙ̄ inueniſſet | captiuā adiret | eiuſqꝫ opem expete
ret. At illa nihil humani ſe ſcire reſpōdit: ſꝫ deū quē coleret Chriſtū deſperatā ab
hominib⁹ ſalutē ꝯferre poſſe: paruulūqꝫ cilicio ſuo ſuperimponēs: ⁊ orōnem ad deū
fundens | ſanū matri ꝯfeſtim reddidit. Mox facti rumor totā repleuit vrbē: ⁊ ad re
ginā ēt peruenit. Que dolore quodā afflicta captiuā ad ſe duci curauit. Cumqꝫ illa
regiā domū ingredi recuſaret: regina reddita eſt ſanitati: atqꝫ ex hoc admonita: vt
in chrm crederet: ⁊ eum q ſalutē prebuiſſet adoraret. His beneficiis ac vbis ꝯmota
regina | rogauit virū: vt chriſtianus efficeret: quod ꝙꝙ ille promiſiſſet | ſegnis tamē
erat: nec ſepius ab vxore ꝯmonitus baptizari curabat: nō tam ꝙ fidei hoſtis eēt: ꝙ
dubius. Cōtigit aūt eū aliquādo i ſiluas altiſſimas ire venatū. Quo cū perueniſſet |
coborta ſbito tēpeſtate | ita tenebre cūcta operuere: vt nec ipe comites cerneret: nec
ab vllis cerneret. Ignarus quid facto opus eēt | ꝓmiſſionis coniugi facte recordat⁹
ē: ⁊ Chriſtū rogauit: vt ſi deus eēt extātis eū periculis liberaret. Nec mora clariſſi
ma dies mūdo reddita ē. Rexqꝫ ad vrbē ꝑductus | regine que geſta erāt | miraculi lo
co expoſuit. Vocatur captiua ⁊ eius ꝯſiliū audit. Illa ſtatim reiiciēda idola: ⁊ Cri
ſtū colendū dicit: eiqꝫ ſupplicandum: ⁊ baſilicā ꝯſtruēdam eē hortat. Cōuocato po-
pulo rex euangeliū predicat | ⁊ nondū ſacris iniciatus | fit ſue gentis apoſtolus. Cre-
dūt viri per regem | ⁊ femine per reginam. Conſtruitur tēplum magni operis: ⁊ ele
uato pertinaciter murorꝫ ambitu colūne collocantur. Sed prima ac ſecunda erecta
tertia nullis machinis: nulliſqꝫ viribus erigi pōt. Cumqꝫ ad noctē vſqꝫ laboratū eēt
recedētibus omnibus ſola captiua mulier apud eccleſiam in orone perſeuerat. Po
ſtera vero die prima luce redeūte populo colūna reperta ē ſupra Baſim i aere ſuſpē
ſa ꝙtum eſſet vnius pedis ſpatiū. Quo miraculo viſo omnes magnificauerūt deū
veramqꝫ captiue fidem recognouerunt. Et ſtupentibus omnibus ſenſim ſupra Ba
ſim nullo contingente depoſita ē. Moxqꝫ relique columne magna facilitate erecte
ſunt. At perfecta eccleſia: ⁊ populi fide confirmata ſuadente captiua totius gentis
legatio ad Conſtantinum imperatorem i greciam mittitur. Res geſta exponitur: ⁊
ſacerdotes petuntur: qui ceptum erga ſe munus expleant. Quibus ⁊ iucundiſſimo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Con. magn⁹
vultu imperator optime ſatiſfecit. Scoti vel hyberi hodie Georgiani appellantur:
qui hodiernis temporibus Chriſtum colunt: ꝗuis procul ab apoſtolica ſede veri-
tatis magiſtra: quia non omnem euangelij veritatem ſeruant: eo ꝙ barbaris gen-
tibus circunfuſi ſint.

Armeniorum conuerſio.

Armenij etiam huius religioſiſſimi principis temporibus Chriſti fidem cum Sco
tis ſuſceperunt: eo ꝙ hyberis i occidentali plaga viciniores ſint. Hi enim Armenij
in Aſia inter Thauruȝ ⁊ Caucaſum montes conſtituti ſunt. Nam hyberi ⁊ arme-
nij ac cholchides vna ſub prouincia ſiue regione ꝯiungunť. Huius aūt ꝯuerſionis
Tyridates tūc huius gentis rex cauſa fuit: et quodā mirabili ſigno circa domū ſuā
diuinitus oſtēſo: chriſti baptiſmū ſuſcepit: qui vna cū omibus ſue ditioni ſubiectis
vna die ⁊ vna perceptione deo colla ſummiſere. Ex quo factum ē vt ad finitimas
quoqȝ gentes chriſtianum dogma peruenerit: ⁊ multitudine dilatatū ſit: quoꝝ com
mertio etiam perſe fidei rudimenta aliquantulum ſuſceperūt.

Vandalorum regni procurſus.

Vandalia regio ē: ⁊ Polonie ſeptentrionalis regionis pars fuit: que a Vandalo flu
uio qui interfluit nomen accepit: a qua incole nomē habuere: gentes ſiquidē inhu
mane ⁊ ferociſſime. Hanc regionem imperāte magno Cōſtātino Geberich Gotho
rum rex potenter inuadens Vandalos cum Viſimar eorum rege victos a patrijs
ſedibus deturbauit. Qui vandalia relicta (retēto nomine) pannoniam habitandaȝ
a Cōſtātino iſto impetrauerunt: vbi ⁊ quadraginta annis imperatorib⁹ obſequē
tes manſerunt. Verū poſtea cum nec ibi ꝯfidentes ꝑpter Gothoꝝ metum diutius
immorari auderent: ad oceanum confugientes piraticam exercuerunt vitam. Ge-
pide autem his fugatis Vandaliam poſtmodum incoluerunt.

Stilco aūt Patricius: cui Theodoſius ſecūdus imperator Archadij ⁊ Honorij fi-
lioꝝ ac palatij curā ꝯmiſerat: cum in occidente Eutherium filium ad Auguſtale fa
ſtidium ſublimare cuperet rempu. perturbauit: ⁊ mortuo Archadio confeſtim Vā
dalos: Quados: Gepidas: Sarmatas: Alanos: Burgūdiones: Saxones: ⁊ Sue-
uos in arma ſollicitans ꝑ terrenda repu. omnia permiſcuit: cuius ſuaſione Vanda
li cum reliquis nationibus Galliam omnem inuaſerūt. Sed Honorius imperator
Stilconis fraude comperta aduerſus eum commouit exercitum: quem ⁊ breui cū
Eutherio filio ſuperatum interfecit.

Croſico igitur a Vandalis (poſt Stilconis mortem) rege conſtituto viro vtiqȝ fero
ciſſimo adiunctis ſibi hunnis ꝑ Gallias debachantes quicqd intra alpes ⁊ pyre-
neum ē: qꝺ oceano Rhenoqȝ includitur ſtatim occupauit. Quo furore capiunť epi-
ſcopi: interficiuntur preſbyteri: ſubuertūtur eccleſie: martyruȝ effodiūtur reliquie:
vrbeſqȝ euertūtur: nulli parcetur etati: ſed cedibus. incēdijs: ⁊ ruinis oia miſcenť.
Demum Arelatum vrbem obſidens a maiori capitur preſide: ⁊ cathenis implicit⁹
ad imperium per vrbes: quas vaſtauerat cum ignominia pertrahitur: ⁊ poſt multa
ſeuiſſima tormenta miſera morte vitam finiuit. Fredebaldus vero poſt eum ſuper
Vandalos ſecundo loco regnare cepit: quem ſtatim Conſtantinus patricius inge
nioſe captum ad Honorium vinctum miſit.

Gundericus deinde in regem tertio loco erigitur: cuius tempore barbari qui hono-
riati dicebantur ad tutandas contra Vandalos pyrenei anguſtias deputati preda
⁊ abundantia illecti: quo magis eis predari licebat: ⁊ ſcelus impunitum remane-
bat: prodita pyrenei cuſtodia Vandali in Hiſpaniā introducūť: vbi poſtea graues
rerum: prouinciarumqȝ vaſtationes poſſeſſione inter eos diſtributa ſub Gunderi
co iſto manſerunt. Alia quoqȝ Vandalorum pars Aurelianis: ideſt Gebenis re-
manens Singibanum ſibi regem conſtituerunt. Sȝ nō multo poſt i imperij dicio
nem ceſſerunt. Porro Gundericus predictus hiſpanarum domitor cum etiam ec-
cleſijs dei tetendiſſet inſidias decimoquarto regni ſui anno dei iudicio percuſſus
interijt.

Genſericus quartus rex Gunderico ſucceſſit. vir quidem magnanimus: qui ſtatim
in hiſpanijs collecto exercitu cum octoginta Vandalorum milibus anguſtum ma
re ſeptem paſſuum milibus coartatum in Aphricam tranſiuit vado: vbi Arriana

Cōſtātinuſ magnus

impietate ſubornatus fidē catholicā ſubuertere conatus ē. Quo in tēpore diu⁹ pater Auguſtinus Ipponēſis ep̄us dū eius ciuitas obſideret̄ poſt multas lachrymas obdormiuit in pace. Demū ſubiugata Aphrica in Siciliā Apuliāq; traiiciēs: ferro ſibi viam aperuit: ac Romā venit: quam quaſi deſertā inuenit: vbi ab igne ⁊ cedibus Leonis pape rogatu abſtinens: tredecim diebus eam militibus ſuis in predam dedit.

Honoricus quintus Vandaloꝝ rex poſt Hynſericū i Aphrica tēpore Zenonis principis regnauit: qui Arrianoꝝ perfidia deprauatus trecētos epiſcopos cepit: ⁊ clauſis eorum eccleſijs eos in Sardiniam exulare coegit.

Tranſimūdus ſexto loco honorico ſuccedēs tam in hereſi ꝙ in regno catholicis eccleſijs clauſit: ⁊ .xxx. epiſcopos in Sardiniā exilio damnauit: Childericum quoq; Honorici filiū: cui poſt eum regni ſucceſſio debebat̄: ſacramento adegit: ne catholicos in ſuo regno ꝯſuleret. Traſimūdo aūt defuncto Childericus ipſe q ⁊ Iliris prius ꝙ regiū dyadema ſuſcipet epiſcopos catholicos ab exilio reuocauit: eccleſiaſq; pro viribus in melius reformauit.

Gilimer qui ⁊ Godiner tyrānide ſumpta Childerico predicto adhuc iuueni regnū ſurripuit: ꝯtra quē Beliſarius patricius a Iuſtiniano imperatore ad pugnandum miſſus vouit ſe chriſtianū mox futurū ſi Vādalos ſuperare poſſet. Beliſario itaq; in Aphricā traiiciēte Gilimer tyrānus in maris litore caſtrametat̄. Beliſarius vō ⁊ Antonina eius chriſtianiſſima vxor terreſtri: naualiq; prelio ecōtra ꝓcedere parant. Antonina primo cū ſuis claſſe egreſſa Vandaloꝝ mulieres ⁊ liberos deleuit: Gilimer quoq; a Beliſario i caſtra compulſus (diſiecto vallo) cū ſuis ad internitionem ceditur. Qui captus ⁊ cathena argentea vinctus Iuſtiniano imperatori Cōſtantinopoli preſentatur. Hunc vt aiunt Eunuchizatū in vicinis ꝓuincijs contra Perſas Patriciū creauit. Sicq; Vādaloꝝ regnū finē ſue diuturnitatis accipiēs in dicionem imperij venit.

Gothorum regni procurſus.

Gothia Europe ſuperioris pars ē finitima Dacie ꝯtingentis Alemaniā primā Scythie partem: ⁊ diuidit̄ in duo regna. Nam cū Ariaricus ⁊ Acritus Gothoꝝ reges hiſdē tēporibus ad Cōſtātini magni preſentiā cū .xj. armatoꝝ milibus in eius ſolatiū acceſſiſſent. Geberich alter gothoꝝ rex Vandaliam (vt diximus) inuadēs Vandalos ⁊ Viſimar eoꝝ regem a ſedibus proprijs exturbauit: eo ꝙ Gothi ⁊ alie Scythice gentes a natura ferociſſime ſint.

Hermaricus aūt rex Geberich p̄re ſublato regnū accepit. Quo regnante immaniſſima hunnoꝝ .i. vngaroꝝ gens diu i acceſſis incluſa mōtib⁹ repētina rabie parcita exarſit i gothos ⁊ velut examen apū ſb Velamur rege ſuo Gothiā cohoperiēs ipſos ⁊ Hermaritū hunc regem ſparſim fugatos ab antiquis ſedibus pepulit.

Fridegninus poſt Hermaritū patrē regnauit. Qui ad Valentē imperatorē ꝯfugiēs ab eo benigne exceptus ē: ⁊ Meſſiā Thraciāq; ꝓuincias ei h̄re ꝯceſſit. Sz mox ꝑ auaritiā Maximini ducis fame rebellare ꝯpellit̄. Qui vniuerſa cedibus ⁊ incēdijs miſcēs ēt cū īpatore Valēte Acie dimicans exercitū ipſius fudit: ipmq; īpatorē ſauciū in quandā Caſulam fugauit atq; combuſſit: eo autem mortuo.

Athanaricus ſucceſſit. vir ſceleſtus q perſecutionē chriſtianis intulit. Deniq; cum ſe ſuoſq; Theodoſio ſeniori tradidiſſet: quarta die deceſſit.

Alaricus Athanarici predicti regis filius regnū accipiēs cū oēm inuaſiſſet italiā: ꝑ īpatorē eidē Gallia ꝯmittitur a Vādalis defendēda. Cōtra quē Stilco patricius in dolo multos ꝯcitauit. Quāobrem Alaricus iratus Italiam regredit̄ ⁊ Romam obſidēs in tantam cōpulit famem: vt matres filios comedere cogerent̄. Cū demū vrbe potitus eſſet gladio ac igni ſeuitum ē: edicto tamen ꝓpoſito: eos in ſacras apoſtolorum Petri ⁊ Pauli edes ſe reciperent ſaluos eſſe. Inde per Apuliam ⁊ Calabriam properans Alaricus ipſe apud Conſentiam emoritur ac in medio Aluei baſcenti fluminis ſepelitur.

Atthaulphus eius affinis in regem erectus ſtatim cum exercitu Romā rediſt: ⁊ quicquid reſidui fuerat locuſtaꝝ more ꝯſumpſit: mox ēt clariſſima queq; vrbis loca que ab igne abſumi nequiuerant fulmina de celo delapſa ꝯſumpſere. Honorius aūt im-

Con. magnꝰ

perator Cōſtātij patritij interuentū cū Atthaulpho pacē ɔpoſuit: ſororēqꝫ ſuā ei in vxorē dedit. Et tūc Gothoꝝ regnū biſarie diuiſum ē. Aliis in Italia ſb imperii diuiſione manētibus. Aliſs recedentē Atthaulphū i Galliā aquitanicam ſequētibus. Ubi ⁊ apō Toloſam ſtatuit regni ſedē. Quo i loco haud multo poſt interfectus ē. Poſt Atthaulphū autem i Gallia Aquitanica Ualba regnauit.

Theodoricus poſt Ualbā regnauit: cuius tēpore Attilla hunnoꝝ rex ſuperbia tumidus|ɔcilio acer ⁊ potētia formidabilis i concuſſione alias ɔfuſione natus cū Ualamuro Oſtrogotharū ⁊ Ardarico Gepidaꝝ regibus: aliiſqꝫ regulis quingentoꝝ miliū numero exercitū ſecū trahens: veluti lupoꝝ agmina i ouile nonnullos execrabili cede inuaſit populos. Quapropter Etius patricius: q ſb Martiano principe galliam regebat. Intelligens ꝙ Singibanus Uandaloꝝ rex: eoꝝ. ſ. qui Aurelianis remanſerant: fautor partiū imperij volebat hunnis pre timore ꝓdere ciuitatē Theodoricum hūc regem ſb pollicitatione dimidie Gallie ſi vinceret i auxiliū ɔtra vngaros euocat. Quo i exiliū reipu. properante Etius cū ſimili pollicitatione Attillam ɔtra gothos per internūcios inuitat: quos gallias velle inuadere cōfingebat. Atqꝫ ita gothi ⁊ hunni fallaci promiſſione illecti cū i aluerniā ɔueniſſent: Attilla Gūdiochum Burgundionum regem ſibi occurrentē peremit. ⁊ hincinde inſtructa acie in hunnos ⁊ gothos atrox certamē editur. Gothoꝝ ad ducenta milia cū Theodorico rege. Hunnorum centum quinquaginta milia cum Ualamuro Oſtrogotharum rege eo prelio ceſa fuere: tantuſqꝫ ibi ſanguis effuſus ē: vt modicus q ibi habebatur riuus torrens effectus mortuorum cadauera traxerit.

Torſimūdus Theodorici ꝓdicti filiꝰ ⁊ i regno ſucceſſor: q huic pugne intererat|pr̄is necem vlciſci deſiderās|triduo rurſus cū hunnis pugnauit: vbi Attilla i caſtra compulſo innumerabilis hunnorū multitudo corruit. Etius noctu ad Attillā veniēs ei vt recedat perſuadet|fugiēs Theodoricū cū Torſimūdo fratre nocte proxime futura cū tanta multitudine affuturum ⁊ minime ſuſtinere poſſet. Sequenti deinde nocte ad Torſimundum Etius ſimiliter ꝓperans ſimili figmēto vtitur adiiciēs verendū eē: ne dum ibi moraret̄|fratres eius paternas opes pripiant: atqꝫ ita vtraqꝫ parte recedēte Etius ſuos poſt hunnoꝝ terga dirigens|eos vſqꝫ Turingiam perſequēdo cecidit: atqꝫ hoc modo Galliam reipu. reſeruauit. Torſimūdus vo tandē Toloſam regreſſus|ſuos de regiis opibus contendentes offendit. Sed pace inter eos compoſita e vita diſceſſit.

Theodoricꝰ aūt ſecūdus Torſimūdi frater poſt eū regnauit: q ſuſcepto principatu cū Rociario Suecioꝝ rege hiſpaniā inuadēte ɔfligēs ⁊ ad internitionē vſqꝫ ꝓſternēs Suetios ſibi ſubegit: ⁊ Gothoꝝ regnum in Hiſpaniā vſqꝫ protenſum ē.

Henricus eius frater Theodorico rebus humanis cedente|poſtea ſuper aquitanicos Hiſpanos ⁊ Suetios regnauit. Cunqꝫ ēt Arelatum ⁊ Maſſiliam ſubiugaſſet Theodomorus Oſtrogotharum rex chriſtianiſſimus ſe a Gothorum iugo eripuit ⁊ ad catholicam fidem cōuertit.

Alaricꝰ poſt Hēricū pr̄em regnauit: ɔtra quē Clodoneꝰ frācoꝝ rex pugnauit. Quo interfecto ⁊ gothis inde fugatis Aquitaniā ſibi ſbegit. Poſt cuius necem Narbonēſis ꝓuincia: que Gothia dicebat̄|⁊ Hiſpania i gothoꝝ dicione tātūmodo remāſere in qbus ⁊ Amalaricus rex regnauit: q tandē apud Barchinonā a frācis interfectꝰ ē: cui ſucceſſit Theoclas. Et poſt eum Agilla regnauit: cōtra quem Athanagildus inſurrexit: atqꝫ in eo regnum finitum eſt.

Leouigildꝰ vo in Hiſpaniaꝝ regno Alarico ꝓdicto ſucceſſit. vir ſane iniquus q Erimegildum filiū paſcatis nocte ob fidei catholice ɔfeſſionem ſecuri mactauit.

Ricardus Leuigildi alter filius in regno ſuccedens|baptiſmū a Leandro hiſpalenſi epo recepit: cum quo tota eius familia ad catholicam fidem conuerſa ē.

Litiba poſt Ricardū ⁊ Bēticus ⁊ Gūdemarus reges ſucceſſiue regnarūt: deīdē Geſibirus vir ſapientia ornatꝰ|adepto regno ɔtra rēpu. fortiter dimicauit: cuius v̄tute regnū Gothoꝝ i Hiſpania firmatū fuit. Geſibiro aūt Gentillā ſuccedentē Giſemūdus deiecit: cui Cintilla: ⁊ Cintille Tolga ſucceſſit. Deinde Tolga deiecto Chinthaſindꝰ ex primatibus vnus i regē erigit̄. Qui cū ſuſpectos oēs interfeciſſet|oēm

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Conſtantius

Hiſpaniā dicioni ſue firmauit. Eo defuncto Richinſindus eius filius regnauit.
Uimba Toletanus chꝛianiſſimus poſt hūc regnū accipiēs, Paulinū Narbonēſis ꝓuincie ꝯſtituit ꝓcuratorē. Qui dominationis ius inuadēs Nemāſiū ciuitatem ꝓ ſe muniuit. Arrianis inſup aquitanicis i auxiliū a ſcitis regnum vniuerſuꝫ peruertit. Hunc Uimba rex captum: ⁊ corio inſutū ſuffocare fecit.
Uincoꝛa deniqꝫ Uimbe ſucceſſoꝛ fuit: q libidinibus deditus exēplo etiam ſuo malo ſacerdotes maculare anxius ē. Sꝫ dei iudicio paulopoſt a Saracenis ſuperuenientibus deiectus ē. Quo deiecto Gothi Gundericum regē ſibi pꝛefecerunt. In quo a Saracenis deuicto Gothoꝛum regnum defecit.

Conſtātinus Cōſtantini magni filius ſecūdus Cōſtātinopolitanus imperatoꝛ cū Cōſtātino ⁊ Cōſtāte eius fratribus. 279. olympiade imperare cepit: ⁊ imperauit annis. 24. men. 5. diebus. 12. Fuit ⁊ cū eis ſucceſſoꝛ Dalmatius magni Cōſtātini fratris filius, adoleſcēs ſane ꝑclare indolis: q tertio imperij ſui anno factione Cōſtātij patruelis militari tumultu interfectus fuit. Hi itaqꝫ fratres imperiū inter ſe diuidētes: ⁊ ipſum lacerarūt: ⁊ ciuilia bella ſuſcitarūt. Conſtantius enim Arrianus effectus ē: quo fauente Arriana hereſis inualuit: ꝓpter quod ꝯcilium apud Laodiceam Syrie vrbē indictū ē: ad quod catholici ⁊ arriani cū Ario magna populi frequētia ſtipatus ꝯuenientes Homuſion quottidie diſputarūt. Catholici affirmabant filiū patri homuſion eſſe. Arriani aūt ſecus Chꝛm cum patre refellebant. Quibus ꝯtentionibus Cōſtantio iubēte multi catholici exilijs carceribus: varijſqꝫ afflictionū modis afflicti ſunt. Nā vt infra dicemus Athanaſium epm. Euſebiū vercellēſem. Dionyſiū Mediolanenſem. Hylariū pictauiēſem. Paulinū Treuerēſem: alioſqꝫ eoꝝ partis epos mirū in modū inſecuti ſunt. Iuliū ēt papā q Arrianos ⁊ oriētales epos reprehēdiſſet, exilio mulctauerūt. Interim aūt ꝯſtās aduerſus francos bellū mouit. Qui poſt varios belli euētus eos tandē perdomuit paxqꝫ cum eis effecta ē. Uerū Conſtantinus ei bellū ſtatim intulit. Sed dum apō Aquileiā incōſulte dimicaret, interfectus ē. Cōſtās vero poſtmodū varia foꝛtuna ꝯtra Perſas vſus, cū nocte i tempeſta ſeditione militum pꝛelim ſuſcipere cogeretur victus ē. At cū poſtea de ſeditioſis militibus penas ſuſcipere ſtatuiſſet, Magnetij dolo nō longe ab Hiſpania etatis ſue anno. 30º. Imperij vo ſui. 13º. in caſtro: cui Helene nomē erat, interficit: qbus moꝛtuis Cōſtātius ſolus impio potitus ē. Moxqꝫ repu. turbata Uetramoniꝰ Murſie Nepotianus Rome imperatoꝛes facti ſunt: cōtra quos Conſtātius graue cōmouit bellum: ⁊ haud multopoſt Uetramonio apō Naiſum a Conſtātio regium inſigne detractū ē: ⁊ Magnetius Murſie pꝛinceps victus ē. Quāobrem Gallū ipſius Conſtantij patruelē ad tuendam Iudeā ſtatim ceſarem fecit. Ac deinde Iulianū eius ſimiliter patruelem apō Mediolanū ceſarē creauit: eumqꝫ ꝯtra ſeditioſos quoſdam in Gallias miſit: qui ⁊ breui vt vir ſtrenuꝰ galloꝛum: germanoꝛumqꝫ motus ſua virtute compeſcuit. Unde ⁊ militū omniū cōſenſu Auguſtus appellatus ē. Quo audito Conſtantius rebus parthicis occupatus, dum ad bellum ciuile ꝯuerſus eēt: quadrageſimoqnto etatis ſue anno apoplexi in itinere obijt. Hic lꝫ contra chꝛiſtianos vnice impius fuerit: tn̄ inter diuinos ⁊ bonos pꝛicipes ꝓpter moderationē comitatēqꝫ referri poteſt. Nā poſt ſuſceptū imperiū cum triūpho Romam ingreſſus ē. Ciueſqꝫ mira benignitate ac humanitate venerat ē: affirmās ciues romanos tanq̄ reges oēs ſe vidiſſe. Fuit āt hic ſtature parue: ſed animi excelſi. 339 1538

Uiri doctrinis excellentes.

Paulus primꝰ eremita, natione Egyptiꝰ ex Thebaida inferioꝛe natus hoc anno, vite ſue. 113º. cū nonaginta ⁊ octo annis Eremū incognitus habitaſſet diem obijt: cuius animā beatus Antoniꝰ inter choꝛos apoſtoloꝝ ⁊ ꝓphetarū euolare vidit. Fuit hic nobilibꝰ: locupletibuſqꝫ parētibꝰ oꝛtus: ac litteris taꝫ grecis q̄ egyptiacis appꝛime eruditus. Qui cū quintūdecimū etatis duceret annū: ꝓpter Ualeriani: Decijqꝫ ꝑſecutionē ad montiū deſerta cōfugit: ibidēqꝫ poſtea neceſſitatē in volūtateꝫ vertēs in quadā haud grandi ſpelūca ſibi adeo oblata in oꝛonibus ⁊ ſollitudine vitā duxit. Eius vitam beatus Hieronymus vt religioſoꝝ mēs ad vtutem feruētius excitaret, cū multa de mūdi ꝯtemptu edidiſſet etiam ob eremi laudes, eleganti ſmone cō- 345

Conſtātius
ſcripſit. Huius feſtum. 4° idus Januarij: quo obiuit celebratur.

Paulinus, Treuerēſis epūs ſcientia etiam ſanctitate clarus his tēporibus a Conſtā
tio imperatore ob catholicam fidem exilio relegatur: vbi ad mortem vſqꝫ etiam ex
tra chriſtianum nomen mutādo exilio fatigatus ad vltimū apud Phrygiam pridie
kalendas Septembris beate paſſionis coronam a domino percepit: quo die ſimili
ter ipſius veneramur feſtiuitatem.

Euſebius romane eccleſie preſbr cardinalis. vir quidē eruditione: fide: ꝯuerſatione:
ac moribus inſignis: hoc anno a Cōſtātio Auguſto heretico Arriano ob catholice
fidei defenſionē in quodā domus ſue cubiculo includit: vbi ꝑ ſeptē menſes ꝯſtāter
in orone perſeuerās. 19° kalē. Septēbris adhuc incluſus i dño quieuit: cuius corp⁹
Gregorius ⁊ Oroſius preſbyteri colligentes in cemiterio Calixti ſepeliere: eiuſqꝫ
ſepulchro appoſuerunt hunc titulum Euſebio homini dei. Celebratur autē eius
feſtum. 19° kalendas Septembris.

Paulus Conſtantinopolitanus epiſcopus: vir ſane diuinus etiā a Conſtantio apō
ciuitatulam cappadocie Cucuſam nomine ob catholicam fidem exilio relegatus:
Arrianorumqꝫ inſidiſs crudeliter ſtrangulatus. 7° idus Junij ad celeſtia regna mi
grauit: eoqꝫ die feſtum eius celebramus.

Dionyſius Mediolanenſis epiſcopus ab arrianis ac catholicis in Mediolanenſi
vrbe celebrato concilio cum Athanaſio faueret a Conſtantio i Cappadociam exi
lio relegatur: vbi ⁊ paulopoſt iniurijs ⁊ incommodis afflictus quieuit in domino
cuius corporis reliquias poſtea a ſancto Baſilio eiuſdem vrbis epiſcopo receptas
diuus Ambroſius eius ſucceſſor digno cōdiuit honore.

Hylarius illuſtris vir Pictauiēſis epūs his tumultibus ob catholicā fidem factione
Arelatenſis epiſcopi Arriani quadriennio apud Phrigiam relegatus mortuū ibi
dem inter alias virtutes ſuſcitauit. Ferunt ⁊ diuinos hos ibi ſcripſiſſe libros: vꝫ.
De trinitate li 12 pri. Circūſpiciēti Adūſus lancētiū arrianū epꝫ li 1 Dilectiſſis frib⁹
De ſynodo li 1 Cōſtitutū Exemplū blaſphemie Auxētie Beatiſſimis
Ad Cōſtātiū li 3 Tēp⁹ loqndi Hiſtoriam a principio mundi vſqꝫ ad Chriſtuꝫ.
Hymnos quoqꝫ ⁊ carmina primus catholicorum edidit. Deniqꝫ poſt multas ve
xationes in vrbem ſuam reuerſus anno ſalutis noſtre. 371° migrauit ad dominū.

Athanaſius Alexandrinus epiſcopus: vir ſanctitate ⁊ doctrina precipuus ſuperio
ribus annis in Laodicenſi concilio contra Arrianos conſtitutus cum rationibus
⁊ argumentis euidētiſſimis filiū patri homuſion eſſe affirmaret: quod Arrius ⁊ ſe
quaces refellere non poterant. vniuerſum pene orbem in ſui perſecutionem cōmo
uit. Qui fugiens (vt Hieronymus li° eccleſiaſtice hiſtorie tradit) ſex ꝯtinuis annis
in ciſterna ſicca latuit nunꝙ̄ ſolem videns. Sed cum quedam puella eum ibi eſſe
indicaſſet inde dei nutu profugit.. Coierant tunc principes terre: gentes ⁊ regna:
⁊ exercitus omnes ad eum in ſequendum: propter quod multa perpeſſus Arriano
rum inſidiſs toto orbe profugus agebatur: nec ei tutus ad latendum ſuperat locus.
Tandem poſt multos agones: multaſqꝫ patiētie coronas tempore Valentiniani ⁊
Valentis: anno ſcilicet domini. 379° Sacerdotij vero ſui. 46° ſexto nona Maij
morit̄. Eoqꝫ die inter ſanctos relat⁹ celebratur. Scripſit hic egregi⁹ doctor multa
ex quibus hec que ſubiecta ſunt referuntur videlicet.
Aduerſus gētes li 2 De virginitate ſuāda li 1 De pſecutione arrianoꝝ
Cōtra valētē ⁊ vrſatiū li 1 De pſalmoꝝ titulis li 3 libri multi. Similiter ⁊
De exhortatiōe mōachoꝝ li 1 Hiſtoriā beati antonij li 1 Symbolum. Quicunqꝫ
vult ſaluus eſſe condidit.

Pacconius abbas ſanctiſſimus per hec tempora tota Egypto nominatiſſimus habe
tur. Qui cū eēt factis apoſtolice gratie inſignis: fundatorqꝫ egyptioꝝ cenobioꝝ mo
nachoꝝ regulas angelo dictāte ꝯſcripſit. Referunt̄: ⁊ eius nōnulle epiſtole ad col
legas prepoſiture ſue. Huius feſtum ſecundo idus Maij celebratur.

351 Nicholaus Miroꝝ Lycie archiepūs. vir omniū vtutū cariſmate replet⁹ hoc anno
grādeu⁹ migrauit ad dominū: ad cui⁹ tūbam olei fontē ſtatim ꝓrupiſſe ferunt: quo
liniti ſanabantur ceci. Surdis auditus preſtabatur: ⁊ debilis quiſqꝫ ſoſpes fiebat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Conſtantius
Unde populi his auditis eo cateruatim ruere ferebantur. hic vt celeberrima eius
habet hiſtoria: apud Paterā urbē nobiliſſimis ortus parētibus: velut lucifer etiã
in ipſo eius ortu emicuit. Qui poſtq̄ domi puerilē egiſſet etatem cunctis abdica
tis oblectationibus Chriſti iugo ſe ſubdidit. Et cũ nimium eſſet locuples: cētq̃
vtroq̃ parēte orbatus. Accidit: ut nobilis quidā conuicaneus ob inopiā tres filias
virgines fornicari ꝯſtituerit: vt earum infami commercio infelicem ſaltē ageret vi
tam. Quod vbi factus vir agnouit condoluit: ⁊ miſerrimo homini contulit. vnde
tantū nefas a ſe leuaret. Huius autem inter cetera miraculorum inſignia illud me-
morabile fertur: q̄ longe conſtitutus Conſtantinum magnum a quorundã interi
tu ad miſericordiam ⁊ monitis per viſum deflexit ⁊ minis. Cuius ſanctiſſima oſſa
poſtmodum anno ſalutis noſtre. 1037°. ad Barum apulie oppidū tranſlata fuerūt:
vbi ex freq̄ntiſſimis eius miraculis multus ex omni chriſtiano orbe populorũ
fit concurſus. Inde factum eſt vt Barum multis donis ⁊ opibus auctum ſit. Ei⁹
autem feſtum. 8°. idus decembris celebratur.

Liberius papa natiōe romanus patre Auguſto poſt Iuliū ſedit ānis. xvi. 
men. 7. diebus. 2. Cuius tēpore celebrato apud Mediolanũ ꝯcilio a ſe-
ctatoribus Arriane hereſis hic cū multis catholicis epiſcopis pulſus eſt. 352 5551
Iā antea ariminenſem ſynodum congregauerant: vbi multe diſputationes callide
acte fuerāt: negātes Chrm cū patre homuſion eē. Quapp cū Liberius ea aperte
impugnaſſet: ab Arriāis triennio in exilium actus eſt. Unde congregata ſynodo a
ſacerdotibus Felicem preſbiterum virum optimum in Liberij locum ſuffecerūt.
Qui pontificatu ſuſcepto ſtatim congregauit conuentũ quadraginta octo epiſco-
porum. duoſq̃ preſbiteros: Urſatium ⁊ Ualentem ab eccleſia ſeparauit: eo q̄ cũ
Conſtantio ⁊ arrianis in fide ſentirent. Caꝓpter eorum precibus motus Con-
ſtantius Liberium papam ab exilio reuocauit. Qui imperatoris beneficio motus
cum hereticis tenere cepit. q̄uis id cum catholicis ſentiret: hereticos. ſ. ad fidẽ re
deuntes non eſſe rebaptizandos. Expulſo itaq̃ Felice ⁊ Liberio ad pontificatū
aſſumpto Urſatij Ualentiſq̃ inſtigatione Conſtantius vehementiſſimam perſe-
cutionem in catholicos cōmouit: adeo vt etiã in eccleſiis p̄ſbiteri ⁊ clerici paſſim
trucidarent̄. Hic aūt pontifex: q̄uis cum arrianis ſentiret. dei tamē eccl'ias quoad
potuit q̄diligētiſſime exornauit. Uoluitq̃ publico decreto vicē ſuam dolēs ne qs
ep̄s decetero ꝓpter aliquā infeſtationē gregē ſuum vllo modo deſereret: ſicut ha-
betur in canone. 7. q. i. c. Suggeſtū. Ferunt autem Fortunatum aquileienſem epi-
ſcopum Liberium hunc fidei cā in exilium pergentem: ut in hieruſalē ⁊ diſcordiā
laberet̄ ſollicitaſſe. Deniq̃ cū Liberius ſacros ordines in decembrio menſe bis
celebraſſet: vbi preſbiteros. 18. dyacones. 5. ⁊ epiſcopos. 19. creaſſet: vite finem fe-
cit. Cuius corpus via ſalaria in cemiterio Priſcille ſepelitur. Et tunc ſedes vaca-
uit dies. 6. Inter hos autem ſacris ordinibus iniciatos diuum Hieronymum
preſbiterum cardinalem creatum fuiſſe tradunt.

Felix papa natione Romanus: patre Anaſtaſio pulſo ab hereticis Libe- 
rio. ⁊ ab ipſis pontifex creatus ſedit anno vno: men. 4. diebus duobus:
vir ſane optimus: quem heretici ad cooperimentum ſui erroris ideo ele
gerunt vt Liberium rationabiliter eieciſſe demonſtrarent. Qui tamē papatu ini
to vbi Conſtantium imperatorem ab hereticis rebaptizatum didicit eum hereti-
cum ⁊ orthodoxe fidei inimicū. ac ſecundo rebaptizatum omnibus ꝓmulgauit: ꝓ-
pter quod indignatus Conſtātius ſuaſione ēt Urſatii ⁊ Ualentis a ſede ꝓpellit̄.
Et cum nulla ratione ab orthodoxa fide diuelli poſſet ab aduerſariis vna cũ mul
tis bene ſentiētibus īterficit̄. martyrioq̃ coronat̄ ac ſepelitur 4°. kalen. Auguſti in
Baſilica quam ipſe edificauerat via aurelia. 2°. ab urbe miliario.
Donatus hereticus natiōe aphrica quo Donatiſte heretici nomen ſūpſere hac mi 555
ſerrima tēpeſtate fuit. Qui ex Numidia veniens multa ꝯtra catholicos ſcripſit: ⁊
totā pene aphricā Iudeāq̃ ſua peſtifera perſuaſione decepit. Eius autē deceptio
hec erat: qa filium patre miorem eſſe dicebat. ⁊ ſpm̄ ſanctū filio miorem. necnon ⁊
catholicos eſſe rebaptizandos: vt habetur in canone. 24. q. 3. capitulo Quidam

Conſtantius

Uerum cognita eius falſitate ac deceptione non multo poſt e Carthagie cū ꝓbꝛo pulſus eſt. Quidam eius ſectatoꝛes montenſes appellati ſunt: eo ꝙ eccleſiam primū Rome in monte habere ceperunt. Scripſit autem multa. ⁊ maxime libꝛū de ſpiritu ſancto arrianam doctrinam continentem.

Eunomius alius heretic⁹ his tꝑibus fuit: a quo Eunomiani heretici: vir quidē callidus: ⁊ aīo ac coꝛpoꝛe le ꝓſus. nec ſecus iteri⁹ ꝙ̄ exterius regio moꝛbo coꝛrept⁹ Qui cū primū arriāe perfidie ſectatoꝛ eēt: aliā etiā adiecit ⁊ diſſeminauit falſitatē dicēs filiū pr̄i in oībus eē diſſimilē: ⁊ ſpiritū ſāctū cū pr̄e ⁊ filio nihil hr̄e cōe.

Macedonius cōſtātinopolitanus ep̄us: a quo Macedoniāi heretici a catholicis iā diu legitie creatus. hoc tēpoꝛe ab arriāis ſede deiicit̄: eo ꝙ filiū patri ſimilē fateretur: licet ſpiritū ſāctū nō ſecus ꝙ̄ illi. Negabat eni ſpiritū ſanctū eſſe deum.

Uiri doctrinis excellentes.

354 Achatius vir luſcus ceſarienſis eccleſie in paleſtia ep̄s his tēpoꝛibus cū eēt doctor erudit⁹ multa in eccleſiaſten ſcripſit. hūc tāte auctoꝛitatis ob eloquētiā ⁊ ꝟſutiam apud Conſtantiū imperatoꝛē fuiſſe Hiero. ſcribit. vt Rome felicē Arrianū ep̄m Liberii loco ꝯſtituerit: que tamē (vt diximus) catholicū ⁊ viꝝ ſanctum fuiſſe conſtat. Preter autē hos quos diximus libꝛos a ſe editos: ⁊ alios ꝯpoſuit tractat⁹.

Serapion qui ob eloquētiā ſcholaſtic⁹ ꝯgnoiatus ē: ꝑ hoc tēpus in ꝓfeſſione vere fidei clarus fuit. Hic iter cetera aduerſus Manicheū pulcherrimū libꝝ edidit. Itē de pſalmoꝝ titulis. ⁊ ad diuerſos vtiles ꝯſcripſit epiſtolas. Nec vnꝙ̄ (vt diuus Hieronym⁹ r̄fert) minis aut terroꝛib⁹ a ꝟe fidei ꝓfeſſiōe eū cōſtāti⁹ amouere potuit.

Foꝛtūatus natiōe apher agleiēſis ep̄us erudit⁹ vir per hec tēpoꝛa ꝯmētarios i euangelia breui ſermōe ꝯſcripſit. Qui tamē in hoc deteſtabilis fuit: qa vt dictū ē: Liberiū papā in exiliū ꝑgentē primus ſollicitauit ⁊ fregit. atqꝫ ad hereſim ꝯpulit.

Lucifer ꝑterea caratilan⁹ ep̄s hac tēpeſtate in ꝓcio fuit: queꝫ ob dicēdi elegantiam Liberius papa cū Pācratio ⁊ Hilario romāis clericis ad Conſtantium legatum miſit. Sed cū nollet ſub noie Athanaſii Nicenā dānare fidē ab ipſo Conſtantio relegatus fuit: vbi ⁊ ꝯtra eūdē imperatoꝛē libꝛum ſcripſit: eiqꝫ legēdum intrepide miſit. Obiſt autem Ualentiniano pꝛincipe imperante.

356 Euſebi⁹ ēt Euſenius ep̄us elegātis ⁊ rhetoꝛici igenii vir ꝑ idē tēpus inūerabiles libꝛos edidit: e qb⁹ ꝓcipui hn̄t̄ q aduerſus iudeos ⁊ gētes ⁊ Nouatianos inſcribūtur. Scripſit quoqꝫ libꝛos decem in epiſtola ad galathas. necnō ⁊ in euangelijs ꝯ plurimas ⁊ breues omilias.

Uictoꝛinus Apher per hoc tēpus Rome accuratiſſime rhetoꝛicā docēs|ob ingenii magnitudinē ſtatuā i foro ꝓmeruit. Qui poſtmodū in extrēa ſenectute ad fidē cōuerſus aduerſus Arriū libꝛū dialectico moꝛe cōſcripſit: q nō niſi ab eruditis viris legi poterat. Itē commentarios in apoſtolum Paulū compoſuit.

Triphyllus Cipꝛilitenſis epiſcopus ſua etate eloquentiſſimus vir: celeberrim⁹ doctoꝛ habetur qui in canticis canticoꝛum commentarios ⁊ alia multa ꝯpoſuit.

Aſterium etiam arriane factionis philoſophum his tempoꝛibus fuiſſe conſtat: qui ⁊ multa in epiſtolam ad Romanos. ⁊ in euangelia ⁊ in pſalmos commentaria cōpoſuit. ⁊ alia multa ſue hereſi fauoꝛabilia ſcripſit: que ab omnibus tunc hereticis ſtudioſiſſime legebantur.

Donatus non minus rhetoꝛ ⁊ philoſophus ꝙ̄ grammaticus beati Hieronymi preceptoꝛ Rome tum inſignis habetur qui inter cetera in Uirgilium ⁊ Terentiū cōmentatus eſt.

